

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ornatus t
cum fontibus proximo et primis

Manipulus florum, Ornatus t:

Non uirgines tantum aut uiduas sed et nuptas
puta eciam omnes omnino feminas admonendas quod
opus Dei et facturam eius et plasma adulterare nullo
modo debeant adhibito flauo colore uel nigro puluere
uel rubore aut quolibet lineamenta natia
corrumpente medicamine.

Et subdit:

Manus Deo inferunt quando illud quod ille formauit
reformare contendunt.

Cyprianus in libro de habitu uirginum.

Fons proximus:

Praetera, Cyprianus dicit, in libro *de Habitu Virgin.*:
*Non uirgines tantum aut uiduas, sed et nuptas
puto et omnes omnino feminas admonendas, quod
opus Dei et facturam eius et plasma adulterare nullo
modo debeant, adhibito flauo colore uel nigro puluere
uel rubore, aut quolibet lineamenta natia
corrumpente medicamine.*

Et postea subdit:

*Manus Deo inferunt, quando illud quod ille formauit,
reformare contendunt.*

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda
secundae*, 169.2.2 (P. Caramello ed., p.733).

Fontes primi:

Et quidem isto in loco pro timore quem nobis fides
suggerit, pro dilectione quam fraternitas exigit,
non uirgines tantum aut uiduas sed et nuptas
puto et omnes omnino feminas admonendas, quod
opus Dei et factura eius et plastica adulterari nullo
modo debeat adhibito flauo colore uel nigro puluere
uel rubore aut quolibet denique liniamenta natia
conrumpente medicamine.

dicit Deus: faciamus hominem ad imaginem et
similitudinem nostram: et audet quisquam mutare et
conuertere quod Deus fecit!

manus Deo inferunt, quando id quod ille formauit
reformare et transfigurare contendunt,
nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur, diaboli
quodcumque mutatur.

Cyprianus Carthaginensis, *De habitu uirginum*, 15
(CSEL 3.1, G. Hartel ed., p.198, ll.4-14).

Et postea subdit:

Manus Deo inferunt, quando illud quod ille formauit,
reformare contendunt.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda
secundae*, 169.2.2 (P. Caramello ed., p.733).